

CHRISTOPHERVS PRAEPOSITVS VVALSENSIS.



Christopherus Klockerus natus est in uico Sueiæ Babenhausen, non procul Memminga, anno 1517. Is cum prima literarum fundamenta percepislet, collegium S. Augustini canonicorum regularium, quod in oppido Vualsen cernitur, ingressus est, ut & religioni & studijs commodius uicare posset. Monasterium illud fundatum est anno 1181 à Friderico Barbarossa in Suevia patria sua, id quod mihi Christopherus ipse pluribus uerbis declarauit, quantumuis Casparus Bruschius monasteriorum Germaniæ descriptor eam fundationem ad Fridericum secundum retulerit. In eo loco ergo cū Christophetus multis uirtutibus effet conspicuus, anno 1550 præpositus 15 electus fuit. Cum primus ibi præpositus fuisset Bertholdus dominus de Vualsen. Eam dignitatem is cōsecutus, omnem diligen-
tiam adhibuit, ut & religionem & literarum studia promouere posset. Itaq; in